reuerentius haberi à cæteris, qui inter se famam suam mutuò dehonestant. Quotus enim quisque est literatorum, cui non blandiatur solennis amor sui? cui non in examinandis aliorum lucubrationibus, summa se prodat amarulentia? cui non, specie contemnentis gloriam, ipsamet illa flagrantissimè incubet? cui non vita altera est, perpetuò digladiari super lana caprina? cui non? sed taceam melius est. Satis enim constat, tot tantasque esse, non exercitationes, sed noxas eorum qui larua honestiorum literarum, ambitionem odiumq; suum tegant; vt tantum non iure ac merito à Nobilitate, ob has vomicas strumasque & derideatur & depuat Doctorum ordo vniuersus. vtique cùm meminerit versuum:

Iniuriam ipse facias, vbi non vindices.
Malitia vnius citò fit maledictum omnium.

Ceterum imputanda alioquin hæc meliorum disciplinarum catharmata,

præproperis auarorum parentum votis, nulla non dictat ratio. Simulatque aliquis ipsis adnascitur; iam inibi sunt vt ei destinent aut professionem in toga aut potestatem in sago publicam. Certè statim, post prima linguarũ artiumque elementa extruditur patriis ædibus noster vitulus, aque plagioso pædagogi carcere deducitur ad licentiosum petulantis Academiæ theatrũ. vt ibi incidit in similis ætatis pullos, illicò se eis adplicat: illicò discit mores quos non habebat: illicò! quid multa? totus corrumpitur, priusquam nosse possit quidnam sit corrumpi. Quodsi fortè est in angustiore re, quàm vt Como eiusque illecebrosis contubernalibus nomen assiduo dare possit; at ne sic quidem discit quæ debet. salutato semel iterumque in transcursu Auditorio vno atque altero, priuatis sese applicat Disputationibus. nec mora, iam tunc meditatur sibi Theses, quibus promoueatur in Doctorem. Medio

tempo-

tempore torporis atque ignauiæ cliens, vix vnum alterumque ſcriptorem Latinum æui Auguſtei primoribus perlegit paginis. à Græcis vero libris adeo religiosè abſtinet, tanquam ſub eis lateret Baſiliſcus non vnus. Poſt vnius alteriuſq; anni longas moras, redit ecce in patriam, gallinæ filius albæ; animoque ac fronte ad triſtem confirmatus impudentiam, expedit ſarcinam ſuam librariam, conſtantem partim ex perplexiſſimis otioſæ ſubtilitatis quæſtiunculis, partim ex Compendiis Epitomiſque, ominis prorſus egregii: quorum ſcilicet vel inauſpicatiſſimus titulus nomen ferat, ſiue Floris, ſiue Gemmæ, ſiue Theſauri. Horum quinta eſſentia cruda ſua ſtudia belliſſimè inaurat, noſter illa Simia, ac quotidie, animæ, corporis, fortunarumq; noſtrarũ diſpendio inſigniter proficit. Quorſum hæc tam putida? Vt liqueat, mi Woueri, ideo ſpectare ad ruinam artes humaniores, quod tractentur minus

humaniter. neotericorum ſcripta ferè vbique regnum obtinent. Priſci Romani à paucis peruoluuntur, à paucioribus Græci: è quibus tamen deriuata primùm omnis diuinarum humanarumque rerum ſcientia. Quare laudabilis admodum eſt opera eorum, qui iuuẽtuti ſenſim ac ſine ſenſu irrepunt; Achaicæque linguæ auctores, vel ipſimet in cognitionem transferunt, vel alios ad id exhortantur. In vtriſque hodie familiam ducit communis amicus noſter R. P. And. Schottus; præterque infinita quæ vel ipſe interpretatus eſt Latinè, vel inſtitit apud alios vt interpretarentur pronuper etiam dignatus eſt inſcribere mihi Dionyſii Halicarnaſſæi Rhetorica ac Critica: & iam modo quoque auctor fit, vt iſthæc Dinarchi comitumque eius quatuor honorifica nominis tui prærogatiua inſigniam. quod tanto facio lubentius, quia & ipſe à prima ſtatim adoleſcentia diuerſum abiiſti à ſcæuo illo æui

noſtri

noſtri iudicio, inhærendi tantummodo muſteis nuperi commatis ſcriptoribus; probè doctus amare, obſeruare, mirari, vt mores viroſque, ita & libros antiquos, & ſcelus profectò meum foret niſi tam bellâ occaſione publicè eum compellarem qui, quamuis diuerſo tempore, ſub communi tamen mecum militauit præceptore Iuſto Lipſio; Sed & gratum fuit obiter ſimul refricare affectus tui erga me conſtantem, hoc eſt nec temporum nec locorum interuallo intepentis memoriam. Ad me quod attinet: ex quo te ſemel in animum hunc admiſi, ibidem perpetuò ibi hæres: nec quidquam mihi eſt gratius, quam virtutes tuas doctrinaſque, nunc mecum vero æſtimare precio, nunc amicis explicare & præponere in exemplum: vtpote cuius mores candidiſſimos tenerrimis manibus fecerint finxerintque Orchemenia numina; cuiuſque eruditio & multiplex & ingens non modo ſuaui lumi-

ne totam occupet Belgicam, ſed & per totã ſeſe erat exporrectura Europam, niſi eam ſibi propriè applicaſſet Patria: cuius membra ſingula radiis foues verè ſalubribus: dum vſquequaque impendis accuratam, in rebus exequendis dexteritatem; in conſiliis explicandis circumſpectionem; in deſideriis admittendis comitatem; in omnibus æquum ac pium. At ego contra, extra ſolicitudinem omnem ac curas, in hac alta latentis vitæ quiete, ſi non Camænas & Charites, officiosè tamen mihi demereor Floram eiuſque comites. quas & ipſe tu quoque ante ſeſquiannum non ſimpliciter tibi deuinxiſti, luculento variarum Tuliparum munere: quarum iucundus foliorum viror cum iam commodum ſeſe exerat ſolo, pollicitus florem; quei quæſo nõ vireat etiam floreatque in hoc pectore atque ore Wouerii memoria? Vt & meam comiter conſerues, non rogo; eo ipſo vitæ tuæ priori inſignitè factu-

rus

rus iniuriam: conuenio magis diuinam prouidentiam, vti diu diuque Patriæ communi, artibusque liberalibus saluus sis atque incolumis. quo eodem voto complector item amicos DDnn. Schottum, Brantium, Sweertium, Rubenium, Moretum, quos & perofficiosè saluto



J. GRVTERVS.

EIDEM AMICORVM PRIMARIO.



VMANA *proles haud malo cupidine*
Cor incitatur prorogare terminos
Fugacis aui, posterisq́ perfrui
Qua iure qua ve iniuria sese studet.
Pauci benigno quos tuetur lumine
Virtus honosq́ regiam calcant viam,
Veraq́ laudis expetissunt pramia.
Plerosq́ captos vmbrâ inanium vagus
Seducit error, aut furens fama fames
Viuos videntes raptat in praceps nefas.
Hoc orta fonte maxumarum cladium
Labes luesq́ fluxit in nostrum genus.
Hac dira vis peruicit inuictum Herculem
Vt ad silenta se penetraret loca,
Domosque Ditis inuias viuentibus.
Hac impotente percitus dementiâ
Tranauit alis neutiquam sibi datis
Inusitatas Dadalus cœli vias,
Lethique stamen texuit nato pater.
Hac pactus est franare solares equos
Audax ephœbus sortis immemor sua,
Mortaliumque lege spirans altius.
Ergo volutus è rotis iacet Pado

Biden-

Bidental, acer heu sororibus dolor.
His acta furiis cælites contra choros
Stetit gigantum freta brachiis cohors.
Sed spes auaras, vimq; cassam consili
Sortita noxa est, exitusque lugubris.
Immensa laudis esuritio iubet
Audere quidvis insolenter ac pati.
Porro (quod huius est mali fons & caput)
Adulta more seculisque prauitas
Humana corda occæcat; ingens vt decus
Adscribere ausint pessumis mortalium.
Hinc tot latronum traduces sacerrumi,
Tot monstra nata gentis humanæ malo,
Terras adimplent nominis fama sui.
Qualis Philippus, & Philippo tetrior
Telluris ille prædo felix, si potest,
Felix vocari prædo, quem Magnum facit
Soluta lege magnitudo criminum.
Sic principis fundator vrbis Romulus
Pater Quirinus audit, ac Iouis nepos,
Parente tali digna proles: quippini?
Contaminatum fratricidio caput.
Annon & ipse Iupiter, probri sator,
Exterminato patre per vim, cælicas
Inuasit arces, & nefandis actibus
Debet, deorum quod potitur imperi?
Nec à Quirino plera pars Quiritium
Recessit hilum, quippe stragibus virûm,
Orbis rapina, vastitate gentium

Famam redemit, aure quam fixâ stupet
Gens posterorum capta mendaci bono.
Quæ dum revoluo mente mecum sedulus;
Labor, beatâ sorte natos ut rear,
Tranquilla quos aut subtrahit famæ quies,
Aut læta cultu paullulo frugalitas
Seruare in omni condocet vitæ modum.
Paruo beatum, nilque poscentem supra
Laus ambit vltro, laus proborum sensibus
Probata, præ quam tantus horror obstrepit,
Tam multa poscit competitorum manus;
Quam sæpe, cæsis imputandam, præripit
Potens superstes, arrogatque vnus sibi
Partam labore plurimorum lauream.
Hac lege iniqua viuit armitum genus,
Si quid secundo Marte gestum est, Dux suum
Ducit, sibique more vindicat malo:
Culpæ sed omnes, & sinistra casuum
Soli feruntur imputanda militi.
Quod vnius libido peccat, aut metus,
Largo expiatur innocentum sanguine;
Quod expatrarunt copiæ bellantium,
Id omne ad unos Imperatores redit.
Hæc ratio blandam firmat hæresim magis,
Vti beatum ter quaterque prædicem,
Fallente quisquis orbita transit dies
Nec exteri cupitor, & sui potens.
Quod si eierare humana vanitas nequit
Hanc prurientem gloriæ dulcedinem,


(*Quan-*

(Quando vel ipsos mente compotes bona
Vix ægro amore linquit illectos sui)
Saltem per artes appetamus haud malas
Honoris ædem; mille adhancducuntvia.
Nullum superbo respuit fastidio
Benigna virtus, neminem exigit foras,
A quo se amari credit, & coli videt.
Non illa censu censet, aut propagine,
Sed laude morum, sed suo æstimat virum.
Vel Martiali honore, vel toga licet
Perenni claram demereri adoream.
Nec parua laus debetur his quorum labos
Rem promouere litterariam studet.
Nec, si sacri sermonis alta dignitas
In hocce lustro principem poscit locum,
Fraudari honore cæteras artes decet,
Quas inter omnes æquitatis arbitra,
Legumque vindex eminet scientia:
Seu quem stili natiua puritas capit,
Omniq; cultu cultior neglectio;
Seu pondus, & mens ipsa rerum penditur,
Nil vspiam exstat absolutius magis.
Ergo locatur optimo tibi loco
Deuota magnis indoles paratibus,
Ardorque mentis haud spei parua capax.
Iuuenis beate, quem mihi recens amor
Tenace vincla copulavit, & fide
Quam nulla solvet aut volubilis dies,
Aut casus asper, aut fugax oblivio.

Macte ingens vigore, macte industria,
Quæ promerenti pariet æternum decus,
Momis dolorem, gaudium fauentibus,
Ornamen ingens litterariæ rei,
Præsens quod ætas, & nepotum gens probet.

DOM. BAVDIVS.

ΔΕΙΝΑΡ·



ΔΕΙΝΑΡΧΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ ΛΟΓΟΙ.

DINARCHI RHETORIS ORATIONES.

ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΥΙΔΑ.

Δείναρχος, Κορίνθιος ῥήτωρ, τῶν μετὰ Δημοσθένους ἐγκριθέντων εἷς· υἱὸς τίνος ἐστὶν οὐχ ἱστόρηται. Γράψας κατὰ μὲν τινας λόγους τοὺς πάντας ρξ. κατὰ δὲ τὸ ἀληθέστερον, μόνους ξ΄. τοὺς πάντας δικανικούς. ὧν οἱ μὲν εἰσι δημόσιοι, οἱ δὲ ἰδιωτικοί. ἐτελεύτησε δὲ οὗτος ἐπιμελητὴς Πελοποννήσου καταστὰς ὑπὸ Ἀντιπάτρου. μετὰ τὸ τελευτῆσαι Ἀντίπατρον, Πολυσπέρχοντος αὐτῷ ἐπιβουλεύσαντος.

Ex Svida.

Dinarchus Corinthius Orator, vnus ex iis qui cum Demosthene conferuntur. Cuius fuerit filius † non traditum est. Scripsit secundum quosdam Orationes CLX. sed verius est LX. tantum ab eo scriptas esse, omnes forenses. Quarum aliæ publicæ sunt, aliæ priuatæ. Obiit Procurator Peloponnesi ab Antipatro cōstitutus, insidiis Polysperchontis, post Antipatri obitum.

† Sostrati ait Plut.

Exstant tres dumtaxat eius Orationes, quas hic damus:
Contra Demosthenem, Gul. Cantero interprete.
Aduersus Aristogitonem, & *Contra Philoclem*, interpr. Balduino Ischano, Gandauensi.

Plura de *Dinarcho* Dionysii Halicarn. iudicium in Rhetoricis seu Criticis, singulari libello, in quo & Orationum cum purarum tum spuriarum Syllabus est.

EX PLVTARCHO LIB. DE VITA *X. Oratorum Græciæ.*

Dinarchus Socratis, siue Sostrati F. à quibusdã Atheniensibus perhibetur: alii Corinthi natum, adolescentem etiamnum Athenas se contulisse aiunt, ibique sedem posuisse: quo tempore Alexander Asiam peragrauit. Auditor fuit Theophrasti, eius qui Aristoteli in schola successit. Vsus est etiam consuetudine Demetrii Phalerei, maximè in gerẽda Rep. post mortem Antipatri versatus, cum Oratorum alii necati essent, alii exularent. Amicus autem Cassandri cum esset, plurimum profecit pecunias pro orationibus exigendo, quas requirentibus cõscribebat. Aduersaba-

Δείναρχος Σωκράτους ἢ Σωστράτου, ὡς μέν τινες ἐγχώριος, ὡς δέ τισι δοκεῖ Κορίνθιος, ἀφικόμενος εἰς Ἀθήνας ἔτι νέος καθ' ὃν χρόνον Ἀλέξανδρος ἐπῄει τὴν Ἀσίαν, κατοικήσας αὐτόθι ἀκροατὴς μὲν ἐγένετο Θεοφράστου τοῦ διαδεξαμένου τὴν Ἀριστοτέλους διατριβήν, ὡμίλησε δὲ καὶ Δημητρίῳ τῷ Φαληρεῖ. μάλιστα δὲ τῷ πολιτεύεσθαι μετὰ τὴν Ἀντιπάτρου τελευτὴν τῶν μὲν ἀνῃρημένων ῥητόρων, τῶν δὲ πεφευγότων. φίλος δὲ Κασσάνδρῳ γενόμενος, ὡς ἐπὶ πλεῖστον προέκοψε, χρήματα τῶν λόγων εἰσπραττόμενος οὓς τοῖς δεομένοις συνέγραφεν. ἀντετάξα-

το δὲ

ἦν δὲ πρὸς τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ῥητόρων, οὐκ εἰς δῆμον παριὼν (οὐ γὰρ οἷός τε ἦν) ἀλλὰ τοῖς ἐναντιουμένοις λόγους συγγράφων. ἐπεὶ δὲ Ἅρπαλος διέδρα, πλείους λόγους συνέγραψε κατὰ τῶν αἰτίαν λαβόντων δωροδοκῆσαι. καὶ τούτους τοῖς κατηγόροις ἐξέδωκεν. χρόνῳ δὲ ὕστερον αἰτιαθεὶς εἰς λόγους παραγίνεσθαι Ἀντιπάτρῳ καὶ Κασσάνδρῳ περὶ τὴν κατάληψιν τῆς Μουνιχίας, ἡνίκα ὑπὸ Ἀντιγόνου καὶ Δημητρίου ἐφρουρήθη ἐπ' Ἀναξικράτους ἄρχοντος ἐξαργυρισάμενος τὰ πλεῖστα τῆς οὐσίας ἔφυγεν εἰς Χαλκίδα. διατρίψας δὲ ἐπὶ τῆς φυγῆς, ὡς πεντεκαίδεκα ἔτη καὶ πολλὴν οὐσίαν κτησάμενος κατῆλθε πραξάντων αὐτῷ τὴν κάθοδον τῶν περὶ Θεόφραστον ἅμα τοῖς ἄλλοις φυγάσιν. καταλύσας δὲ παρὰ Προξένῳ ἑταίρῳ αὑτοῦ, καὶ τὸ χρυσίον ἀπολέσας. ἤδη γηραιὸς ὢν, καὶ τὰς ὁράσεις ἀσθενὴς βουλομένου τοῦ Προξένου ἀναζη-

tur autem nobilissimis Oratoribus, non ad populum dicẽdi caussa procedens (neque enim poterat) sed orationes eorum aduersariis componens. Et postquam Harpalus profugit, cõplures conscripsit Orationes in eos, qui munerum acceptorum & corruptelæ rei habebantur. Postea temporis obiecto sibi crimine, quod cum Antipatro & Cassandro de occupanda Munichia tem composuisset, quando eam Antigonus & Demetrius præsidio tenuerunt, Anaxicrate archonte, maxima bonorum parte in pecuniam conuersa, Chalcidem profugit, inque exsilio ad quindecim annos commoratus, reque aucta in patriam rediit, Theophrasto ei aliisque exsulibus redeundi potestatem impetrante. Vsus verò tum hospitio Proxeni amici sui, aurũ amisit iam senex & visu debilitato, Proxenum, q

is inquirere de furto recusaret, in ius vocauit. tuncque primum in curia dixit. Exstat ea oratio. Feruntur orationes eius genuinæ LXIV. quarum quædam probantur, vt *Contra Aristogitonem*: Æmulatus est Hyperidem, aut, vt nonnulli ex animi grauioribus motibus, vehementia [Sic Demus Magnesius in Homonymis, apud Dionys. Halicarn. in Rhetoricis, pag. 349. Wech.] ac figuris colligunt) Demosthenem.

τεῖν, λαγχάνει αὐτῷ δίκην, καὶ τότε πρῶτον εἶπεν ἐν δικαστηρίῳ. σώζεται δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ λόγος. φέρονται δὲ αὐτοῦ καὶ λόγοι γνήσιοι ἑξήκοντα τέσσαρες. τούτων ἔνιοι παραλαμβάνονται, ὡς Ἀριστογείτονος· ζηλωτὴς δὲ ἐγένετο Ὑπερείδου, ἢ (ὥς τινες) διὰ τὸ παθητικὸν Δημοσθένους καὶ τὸ σφοδρὸν τῶν σχημάτων δ' αὐτοῦ μιμητὴς ὑπάρχει.

ΔΕΙΝΑΡ



ΔΕΙΝΑΡΧΟΥ ΛΟΓΟΣ Κατὰ Δημοσθένους.

DINARCHI ORATIO *Contra Demosthenem.*

Gul. Cantero interprete.

ARGVMENTVM.

Cum ab Harpalo pecuniam inter cæteros accepisset Demosthenes, illud flagitium rectè ab Areopagi Senatu detectum, ac proinde puniendum Demosthenem docet. Historiam tradit Plutarchus in Demosthene.

Ὁ μὲν δημαγωγὸς ὑμῖν, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ θανάτῳ τιμησάμενος ἑαυτῷ ἵνα ἐξελεγχθῇ ὁποιοῦν εἰληφὼς παρ' Ἁρπάλου, οὗτος φανερὸς ἐξελήλεγκται δῶρα εἰληφὼς παρὰ τούτων οἷς ἐναντία πράττειν ἔφη τὸν ἄλλον χρόνον. πολλῶν δ' ὑπὸ Στρατοκλέους εἰρημένων, καὶ τῶν πλείστων προκατειλημμένων κατηγορημάτων, καὶ περὶ μὲν αὐτῆς τῆς ἀποφάσεως, τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς δικαίας καὶ ἀληθοῦς ἀποδείξεως εἰρημένης, περὶ δὲ τῶν ἀκο-

ORATOR quidem vester, Athenienses, & qui capitis supplicium non recusarat, si quid ab Harpalo deprehensus esset accepisse; is ab iis manifestè conuictus est accepisse munera, quibus hactenus se opposuit. Cùm autem permulta sint à Stratocle dicta, & pleraque obiecta crimina, ac tum detectionis iustas ac veras probationes Areopagitarum Senatus attulerit, tum quæ

posthæc sequuntur, tractarit Stratocles, atque edicta recitarit; restat, vt nos Athenienses, præsertim in tanto certamine, quantum post vrbem conditam non extitit, publicè vos omnes adhortemur, primùm, vt nobis reliquis ignoscatis, si in eadem incurramus nonnulla: siquidem non tam vt vos obtundamus, quàm vt grauius irascamini, bis eadem de re dicemus. Deinde, ne commune totius ciuitatis ius perdatis, nec salutem communem cum rei sermone commutetis. Etenim videtis, Athenienses, quemadmodum vos de hoc iudicatis Demosthene, ita de vobis alios inquirere, quomodo sitis erga patriam affecti, atque vtrum priuatas horum acceptiones & nequitias in vosmet ipsos recepturi sitis, an omnibus ostensuri, qui cõtra Rem-

λέχθων τούτοις Στρατοκλέους εἰρηκότος καὶ τὰ ψηφίσματα ἀνεγνωκότος ἤδη τὰ περὶ τούτων, ὑπόλοιπον ἡμῖν, ὦ Ἀθηναῖοι (καὶ ταῦτα, ἀγωνιζομένοις ἀγῶνα τηλικοῦτον ἡλίκος οὐδεπώποτε γέγονε τῇ πόλει) κοινῇ πᾶσιν ἡμῖν παρακελεύεσθαι, πρῶτον μὲν, ἡμῖν τοῖς λοιποῖς συγγνώμην ἔχειν, ἂν τῶν αὐτῶν ἐνίοις περιπίπτωμεν· (οὐχ ἵνα ἐνοχλῶμεν ὑμᾶς, ἀλλ' ἵνα ὀργίζησθε μᾶλλον παροξυνόμενοι, δὶς περὶ τῶν αὐτῶν ἐροῦμεν) ἔπειτα, μὴ προΐεσθαι τὰ κοινὰ τῆς πόλεως ἁπάσης δίκαια, μηδὲ τὴν κοινὴν σωτηρίαν ἀντικαταλλάξασθαι τῶν τοῦ κρινομένου λόγων. ὁρᾶτε γὰρ, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι παρ' ὑμῖν Δημοσθένης οὑτοσὶ κρίνεται, παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ὑμεῖς· οἳ σκοποῦσι τίνα ποτὲ γνώμην ἕξετε περὶ τῶν τῇ πατρίδι συμφερόντων· καὶ πότερον τὰς ἰδίας τούτων δωροδοκίας καὶ πονηρίας ″ ἀναδέχεσθε εἰς ὑμᾶς αὐτούς, ἢ φανερὸν πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσετε διότι μισεῖτε τοὺς κατὰ τῆς πόλεως·

πολιτείας δῶρα λαμβά-
νοντας· καὶ οὐχ ἵν᾽ ἀφῆτε,
ζητεῖν προσετάξατε τῇ ἐξ
Ἀρείου πάγου βουλῇ, ἀλλ᾽ ἵ-
να ἀποφηνάντων τούτων, ὑ-
μεῖς τιμωρήσησθε τῶν ἀδικη-
μάτων ἀξίως. νυνὶ τοῦτ᾽ ἐφ᾽
ὑμῖν ἐστι. ψηφισαμένου γὰρ
τοῦ δήμου δίκαιον ψήφισμα,
καὶ πάντων τῶν πολιτῶν βου-
λομένων εὑρεῖν τίνες εἰσὶ τῶν
ῥητόρων οἱ τολμήσαντες ἐπὶ
διαβολῇ καὶ κινδύνῳ τῆς πό-
λεως χρήματα παρὰ Ἁρ-
πάλου λαβεῖν, καὶ πρὸς τού-
τοις ψήφισμά τι γράψαν-
τος ὦ Δημόσθενες σοῦ, καὶ ἑτέ-
ρων πολλῶν, ζητεῖν τὴν βου-
λὴν περὶ αὐτῶν, (ὡς αὐτῇ
πάτριόν ἐστιν) οἵτινες εἰλή-
φασι παρὰ Ἁρπάλου χρυ-
σίον, ζητεῖ ἡ βουλὴ, οὐκ ἐκ
τῶν προσκλήσεων μαθοῦσα τὸ
δίκαιον, οὐδὲ τὴν ἀλήθειαν καὶ
τὴν πίστιν τὴν περὶ αὐτῆς ἐπὶ σοῦ
καταλῦσαι βουλομένη. ἀλλ᾽
ὅπερ καὶ αὐτοὶ οἱ Ἀρεοπαγί-
ται εἶπον, προορῶσα ἡ βου-
λὴ, ὦ ἄνδρες, τὴν τούτων ἰσχὺν
τὴν ἐν τῷ λέγειν καὶ πράττειν· οὐκ οἰομένη δεῖν οὐδεμίαν

publicam dona capiunt,
eos vos odiſſe, neque
tam dimittendi cauſſa
quæſtionem Areopagi-
tis imperaſſe, quàm vt
poſt horum detectionẽ
pro meritis punirentur:
quod quidem nunc eſt
in vobis ſitum. Poſt-
quam enim rectè decre-
uit populus, atque om-
nes cupiunt ciues co-
gnoſcere, quinã de ora-
toribus pecuniam ab
Harpalo ſint auſi peri-
culo Reipub. accipere; ac
tu inſuper, Demoſthe-
nes, cum aliis multis de-
cretum ſcripſiſti, vt Se-
natus more ſuo de illis
inquireret, quærit Sena-
tus, non ex appellatio-
nibus veritate comper-
ta, neque ſuam autori-
tatem atque fidem in tua
cauſſa volens abolere;
verum, quod ipſi etiam
dixerunt Areopagitæ,
cum horum in dicendo
atque agendo, Atheni-
enſes, perſpecta vi, tum
nullum ſibi fugiendum

existimans maledictum, si quod ingrueret patriæ periculum. Quæ cùm de populi sententia rectè sint & vtiliter peracta, criminationes nunc & appellationes atque calumnias adfert Demosthenes, postquam viginti habere auri talenta deprehensus est. quique Senatus de voluntariis cædibus idoneè potest inquirere, ac de corpore ciuis potest ferre sententiam, ac tum violenta morte sublatis opem ferre, tum criminis alicuius reos vel eiicere vel capite mulctare; is nunc in pecunia contra Demosthenem detegenda vacat iustitia. Mentitus est enim, credo, de Demosthene Senatus. nam hæc est summa confidentia. De te atque Demade mentitus est, de quibus ne vera quidem, vt videtur, licet dicere? qui de multis olim rebus commu-

ὑπολογίζεσθαι τὰς περὶ αὐτῆς ἐσομένων βλασφημιῶν, εἴ τις μέλλοι τῇ πατρίδι αὐτῆς αἰτία μοχθηρὰ καὶ κίνδυνος ἔσεσθαι. τούτων ὡς ἔδοξε τῷ δήμῳ καλῶς καὶ συμφερόντως πεπραγμένων, αἰτίαι νῦν καὶ προκλήσεις καὶ συκοφαντίαι παρὰ Δημοσθένους ἥκουσιν, ἐπειδὴ οὗτος ἀποπέφανται εἴκοσι τάλαντα ἔχων χρυσίου. καὶ ἡ τῶν ἐκ προνοίας φόνων ἀξιόπιστος οὖσα βουλὴ τὸ δίκαιον καὶ ἀληθὲς εὑρεῖν, καὶ κυρία δικάσαι περὶ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς ἑκάστου τῶν πολιτῶν, καὶ τοῖς μὲν βιαίῳ θανάτῳ τετελευτηκόσι βοηθῆσαι, τοὺς δὲ παράνομόν τι τῶν ἐν τῇ πόλει διαπεπραγμένους ἐκβαλεῖν, ἢ θανάτῳ ζημιῶσαι, νῦν ἐπὶ τοῖς κατὰ Δημοσθένους ἀποπεφασμένοις χρήμασιν ἄκυρος ἔσται τοῦ δικαίου ναί. κατέψευσται γὰρ ἡ βουλὴ Δημοσθένους. τοῦτο γάρ ἐστιν ὑπερβολὴ τοῦ πράγματος· σοῦ κατέψευσται καὶ Δημάδου; καθ' ὧν οὐδὲ τἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς ἔοικεν, ἀσφαλές ἐστιν; εἰ πολλὰ πρό-

τερα

περὶ τῶν κοινῶν ἐκείνη ζητεῖν προσεπτάξατε, καὶ διὰ τὰς γινομένας ζητήσεις ἐπῃνέσατε; οὓς δ᾽ ἡ πόλις ἅπασα οὐ δύναται ἀναγκάσαι τὰ δίκαια ποιεῖν, κατὰ τούτων ἡ βουλὴ ψευδεῖς ἀποφάσεις πεποίηται; ὦ Ἡράκλεις. διὰ τί οὖν ἐν τῷ δήμῳ συνεχῶς ἔφερες, ὦ Δημόσθενες, ἐὰν ἀποφήνῃ σου ἡ βουλή, θάνατον ἑαυτῷ τὴν ζημίαν; καὶ διὰ τί πολλοὺς ἀνῄρηκας σὺ τῆς τῆς βουλῆς ἰσχυριζόμενος ἀποφάσεσιν; ἢ ποῦ νῦν ἐλθὼν ὁ δῆμος ἢ τίσι προστάξας ζητεῖν περὶ τῶν ἀφανῶν καὶ μεγάλων ἀδικημάτων, εὕροι τὴν ἀλήθειαν; τὸ μὲν γὰρ συνέδριον τὸ πρότερον δοκοῦν εἶναι πιστόν, σὺ καταλύεις, ὁ δημοτικὸς εἶναι φάσκων· ὧ τὴν τῶν σωμάτων φυλακὴν ὁ δῆμος παρακαταθήκην ἔδωκεν, ὧ τὴν πολιτείαν καὶ δημοκρατίαν πολλάκις ἐγκεχείρικεν, ὃ διεφύλαξε τὸ σὸν σῶμα τοῦ βλασφημεῖν περὶ αὐτοῦ μέλλοντος, πολλάκις (ὡς σὺ φῄς) ἐπιβουλευθέν· ὃ φυλάττει τὰς ἀπορρήτους διαθήκας, ἐν αἷς

nibus eum iussistis inquirere, & propter quæstiones habitas laudastis. Et quos ad iustè agendum tota non potest cogere ciuitas, de iis falsa Senatus detexit? Cur ergo caput offerebas in concione, Demosthenes, si de te Senatus detexisset? cur harum detectionum fretus auxilio multos sustulisti? quò nunc se populus conferet, aut cui de magnis atque obscuris criminibus inquisitionem ad cognoscendam veritatẽ imperabit? Etenim concilium id, quod hactenus fide valuit, tu, qui te popularem dicis, infringis; apud quod ciues populus deponit, cui Rempublicam ac popularem dominatum sæpius commisit, * quod corpus tuum, qui illud eras incusaturus, multorum insidiis, vt ais, appetitum custodiit, quod arcana pacta, quibus vr-

bis cõtinetur salus, conseruat. Rectè profectò, rectè hoc Senatui quodam modo accidit. dicam enim, quod sentio. Etenim debebant vel priorem etiam quæstionem de trecentis talentis à Persa missis, vt populus iusserat, instituere, quo tum supplicio de hac fera sumpto, atque illarum pecuniarum diuisoribus deprehensis, Thebarumque proditione, quam hic fecit, comperta, liberati isto concionatore fuissemus; vel, * si vos hæc Demostheni condonare, plurosque in Republica cõtra vos accipere munera volueratis, hanc de pecunia iã detecta quæstionem non suscipere, qui vestri periculum antè fecissent; quando, postquam adeo rectè iusteque contra hunc atque alios facta nunc est detectio, nec Areopagi Senatus vel Demosthe-

τὰ τῆς πόλεως σωτήρια κεῖται. δίκαια μὲν οὖν δίκαια τρόπον γέ τινα πάσχει τὸ συνέδριον. εἰρήσεται γὰρ ἃ γινώσκω. δυοῖν γὰρ θάτερον ἐξῆν αὐτοῖς, ἢ καὶ τὴν προτέραν ζήτησιν τὴν ὑπὲρ τῶν τριακοσίων ταλάντων τῶν παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀφικομένων ζητεῖν, καθάπερ συνέταξεν ὁ δῆμος, ἵνα τότε δόντες δίκην τοῦ θηρίου τούτου, καὶ τῶν μερισαμένων ἐκεῖνα τὰ χρήματα φανερῶν γινομένων, καὶ τῆς περὶ Θηβαίους προδοσίας ἐξελεγχθείσης ἣν οὗτος προδέδωκεν, ἀπηλλάγμεθα τούτου τοῦ δημαγωγοῦ, δίκην ἀξίαν δόντος· ἢ ταῦθ' ὑμεῖς ἐβούλεσθε Δημοσθένει συγχωρεῖν, καὶ πολλοὺς ἐν τῇ πόλει τοὺς καθ' ὑμῶν δωροδοκήσοντας εἶναι, τὴν περὶ τῶν νῦν ἀποπεφασμένων ζήτησιν χρημάτων μὴ προσδέχεσθαι, πεῖραν ὑμῶν ἐν τοῖς προτέροις εἰληφότας· ὅπου γε οὕτω καλῶς καὶ δικαίως τῆς ἀποφάσεως τῆς κατὰ τούτου καὶ τῶν ἄλλων ἤδη γεγενημένης, καὶ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς οὔτε τοῦ Δημοσθένους

σθένους οὔτε τὴν Δημάδου δύναμιν ὑποστελλαμένης, ἀλλὰ τὸ δίκαιον αὐτὸ καὶ τἀληθὲς προὐργιαίτερον πεποιημένης, οὐδὲν ἧττον περιέρχεται Δημοσθένης περί τε τῆς βουλῆς βλασφημῶν, καὶ περὶ ἑαυτοῦ λέγων. οἷς περιοστῶς καὶ πρὸς ὑμᾶς αὐτίκα χρήσεται λόγοις ἐξαπατῶν ὑμᾶς, ὡς Ἐγὼ Θηβαίους ὑμῖν ἐποίησα συμμάχους. Οὐκ· ἀλλὰ τὸ κοινῇ συμφέρον ἀμφοτέραις ἐλυμήνω ταῖς πόλεσιν, ὦ Δημόσθενες. Ἐγὼ παρέταξα πάντας εἰς Χαιρώνειαν. Οὐκ· ἀλλ' ἔλιπες μόνος αὐτὸς τὴν ἐκεῖ τάξιν. Ἐγὼ πολλὰς ὑπὲρ ὑμῶν ἐπρέσβευσα πρεσβείας. ἐφ' οἷς οὐκ οἶδ', ὅ, τι ποτ' ἂν ἐποίει, ἢ τίνας ἂν εἶπε λόγους, εἰ συνέβη κατορθῶσαι αὐτῷ ἃ συνεβούλευσεν. ὁ ἐπὶ τοῖς τηλικούτοις ἀτυχήμασι καὶ κακοῖς ἅπασιν ἐπεληλυθὼς τὴν οἰκουμένην, ὅμως ἀξιοῖ δωρεὰς αὐτῷ δεδόσθαι τὰς μεγίστας, λαμβάνειν δῶρα κατὰ τῆς πατρίδος, καὶ λέγειν καὶ πράττειν κατὰ τοῦ δήμου ἃ ἂν βούληται. καὶ Τιμοθέῳ μὲν, ὦ Ἀθηναῖοι, Πε-

nis vel Demadis potentiam reueritus est, quin iustitiam atque veritatem pluris faceret, nihilominus Demosthenes vbique Senatui maledicit, ac de se prædicat, quibus etiam verbis ad vos per fraudem mox vtetur. Ego Thebanos, inquiet, socios feci. imò ciuitati vtrique nocuisti, Demosthenes. Ego ad Chæroneam omnes in aciem collocaui. imò solus ex acie aufugisti. Ego multas pro vobis obii legationes. quid autem faceret vel diceret, si felicem exitum habuissent eius cõsilia, qui post infortunia tot atque clades, maxima tamẽ postulat munera, contraque patriam dona capere, & contra populum dicere quidlibet ac facere sustinet. Ac Timotheum quidẽ, Athenienses, qui circum

Peloponnesum nauigarat, & nauali ad Corcyram prælio Lacedæmonios deuicerat, atque Cononis erat filius, qui Græcos liberarat, ac Samum, Methonen, Pydnam, Potidæam, aliasque insuper vrbes viginti ceperat, non excusastis, neque eius temporis iudicio, quoque obstricti sententiam ferebatis, iuriiurando tot prætulistis beneficia, verum, quia se pecuniam à Chiis & Rhodiis accepisse fatebatur, centum talentis mulcastis: hunc autem sceleratum atque Scytham (nec enim cõtinere me possum) quem non vnus vir, sed omnis Areopagi senatus habita quæstione pecuniam & mercedem contra vos accepisse declarauit & conuicit, non in aliorum exemplum punietis? qui non regiam tantum accepit pecuniam, verum ex ipsa quoque

λοπόννησον περιπλεύσαντι, καὶ τὴν ἐν Κερκύρᾳ ναυμαχίαν νικήσαντι Λακεδαιμονίους, καὶ Κόνωνος υἱεῖ, τοῦ τοὺς Ἕλληνας ἐλευθερώσαντος, καὶ Σάμον λαβόντος, καὶ Μεθώνην, καὶ Πύδναν, καὶ Ποτίδαιαν, καὶ πρὸς ταύταις ἑτέρας εἴκοσι πόλεις, οὐκ ἐποιήσασθε ὑπόλογον, οὐδὲ τῆς τότε ἐνεστώσης κρίσεως, οὐδὲ τῶν ὅρκων οὓς ὀμωμοκότες ἐφέρετε τὴν ψῆφον, ἀντικαταλλάξασθε τὰς τηλικαύτας εὐεργεσίας· ἀλλ' ἑκατὸν ταλάντων ἐτιμήσατε, ὅτι χρήματ' αὐτὸς ἔφη παρὰ Χίων εἰληφέναι καὶ Ῥοδίων. τὸν δὲ κατάπτυστον τοῦτον καὶ Σκύθην (ἐξάγομαι γὰρ) ὃν οὐχ εἷς ἀνὴρ, ἀλλὰ πᾶσα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ζητήσασα ἀποφαίνει χρήματα ἔχειν καθ' ὑμῶν; καὶ ὃς ἀποφαίνει μισθαρνοῦντα καὶ δωροδοκοῦντα κατὰ τῆς πόλεως, καὶ ταῦτα ἐξελήλεγκται, τοῦτον οὐ τιμωρησάμενοι παράδειγμα ποιήσετε τοῖς ἄλλοις; ὃς οὐκ ἐκ τῶν βασιλικῶν μόνον εἰληφὼς χρυσίον φανερός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως

λεως κεχρηματισμένος; ὁ νῦν οὐδὲ τῶν ἀπὸ Ἁρπάλου κομισθέντων χρημάτων εἰς τὴν πόλιν ἀποσχόμενος. καίτοι τί μέρος ἐστὶ τῶν ὑπὸ Τιμοθέου πεπραγμένων ἀγαθῶν ἃς Δημοσθένης ἐπρέσβευσεν εἰς Θήβας πρεσβείας; ἢ τίς οὐκ ἂν καταγελάσειεν ὑμῶν τῶν τοῦτο τολμώντων ἀκούειν, αὐτίκ' ἐφ' αἷς οὗτος σεμνύνεται πράξεσιν ἐκείνοις ἃς Τιμόθεος ὑμᾶς καὶ Κόνων εὐηργέτησαν; ἀλλὰ γὰρ οὐ πρὸς τοῦτο τὸ κάθαρμα παραβάλλειν δεῖ τοὺς ἀξίους τῆς πόλεως καὶ τῶν προγόνων ὑπὲρ ὑμῶν πράξαντας. παραγχόμενος οὖν τὸ ψήφισμα τὸ Τιμοθέῳ γενόμενον, πάλιν ἐπὶ τοὺς περὶ τούτου λόγους βαδιοῦμαι. λέγε. ΨΗΦΙΣΜΑ. Ὁ τοιοῦτος, ὦ Δημόσθενες, πολίτης, ὅς δικαίως ἂν καὶ συγγνώμης καὶ χάριτος ἐτύγχανε παρὰ τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις συμπολιτευομένων, οὐ λόγοις ἀλλ' ἔργοις μεγάλα τῇ πόλει ἀγαθὰ ποιήσας, καὶ διαμείνας ἐπὶ τῆς πολιτείας, καὶ οὐκ ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλόμενος, ὥς-

ciuitate quæstum fecit; quique ne nunc quidem ab Harpali opibus huc delatis abstinere se potuit. Quotam verò partem rerum à Timotheo gestarum conficiunt Demosthenis ad Thebanos legationes? aut quis non vos, si hoc audire sustineatis, derideat, collatis cum iis, de quibus hic gloriatur, Timothei Cononisque beneficiis. Enimuerò cum hoc piaculo conferendi nõ sunt, qui pro patriç maiorumque virtute se pro vobis gesserunt. Quare prolato, quod est de Timotheo factum, decreto, ad hunc me referam. recita. DECRETVM. Talis verò ciuis, Demosthenes, cui summo iure à suis venia gratiaque debebatur, qui non verbis, sed factis multum Reipublicæ profuerat, qui in Republica manserat, qui non sursum deorsum, quemadmo-

dum tu, mutabatur, mortuus est, cum tanta munera non postulasset à populo, neque vellet iuratos contra leges ferre sententiam, verum staret iudicatis, neque aliud sentiret ac pro concione diceret. Non vos impurum istum hominem occidetis, Athenienses, qui præter cætera multa magnaque delicta Thebanam quoque vrbem permisit euerti, trecentis à rege Persarum ad eam seruandam talentis acceptis. Cùm autem venissent in Isthmum Arcades, & vt Antipatri legationem re infecta dimisissent, ita suscepissent miseros Thebanos (ii vix ad eos mari venerant cum ramis oleæ supplicantes, ac se non ad amiciciam Græcorum dissoluendam dicentes rebus incumbere, vel ad aliud quicquam

πρὸ σοῦ, ἐτελεύτησεν, οὐ τηλικαύτας τὸν δῆμον αἰτήσας δωρεὰς ὥστε τῶν νόμων εἶναι κρείττων, οὐδ' οἰόμενος δεῖν τοὺς ὀμωμοκότας κατὰ τοὺς νόμους οἴσειν τὴν ψῆφον,* ἀλλ' ὑπομένων καὶ κρίνεσθαι, εἰ δόξει τοῖς δικασταῖς· καὶ οὐ κρυρὺς λέγων, οὐδ' ἕτερα φρονῶν καὶ δημηγορῶν. οὐκ ἀποκτενεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν μιαρὸν τοῦτον ἄνθρωπον, ὃς πρὸς ἑτέροις πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἁμαρτήμασι, καὶ τὴν Θηβαίων πόλιν περιεῖδεν ἀνάστατον γενομένην, τριακόσια τάλαντα λαβὼν εἰς τὴν ἐκείνων σωτηρίαν παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως· καὶ Ἀρκάδων ἡκόντων εἰς Ἰσθμὸν, καὶ τὴν μὲν παρὰ Ἀντιπάτρου πρεσβείαν ἄπρακτον ἀποστειλάντων, τὴν δὲ παρὰ Θηβαίων τῶν ταλαιπώρων προσδεξαμένων, οἳ κατὰ θάλατταν μόλις ἀφίκοντο πρὸς ἐκείνους, ἱκετηρίαν ἔχοντες, καὶ κηρύκεια συμπεπλεγμένα (ὡς ἔφασαν) ἐκ τῶν θαλλῶν, ἐροῦντες τοῖς Ἀρκάσιν ὅτι οὐ τὴν πρὸς Ἕλληνας φιλίαν Θηβαῖοι διαλῦσαι βουλόμενοι τοῖς πράγμασιν ἐπανέστησαν, οὐδ' ἐναντίον τῶν

Ἑλλη-

Ἑλλήνων οὐδὲν πρᾶξον· εἰς ἀλλὰ τὰ παρ' αὐτοῖς ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἐν τῇ πόλει γινόμενα φέρειν οὐκέτι δυνάμενοι, οὐδὲ τὴν δουλείαν ὑπομένειν, οὐδὲ τὰς ὕβρεις ὁρῶντες εἰς τὰ ἐλεύθερα σώματα γινομένας· οἷς ἑτοίμων γενομένων τῶν Ἀρκάδων βοηθεῖν, καὶ ἐλεησάντων ἐν οἷς ἤκουσαν κακοῖς, καὶ φανερὸν ποιησάντων ὅτι τοῖς μὲν σώματι μετ' Ἀλεξάνδρου διὰ τοὺς καιροὺς ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δ' εὐνοίαις μετὰ Θηβαίων καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἦσαν· καὶ τοῦ στρατηγοῦ αὐτῶν Ἀστύλου ὠνίου ὄντος (ὥσπερ καὶ Στρατοκλῆς εἶπε) καὶ δέκα τάλαντα αἰτοῦντες ὥστε ἀγαγεῖν τὴν βοήθειαν τοῖς Θηβαίοις, καὶ τῶν πρεσβευτῶν ὡς τοῦτον ἐλθόντων, ὃν ᾔδεσαν ἔχοντα τὸ βασιλικὸν χρυσίον, καὶ δεομένων καὶ ἱκετευόντων δοῦναι τὰ χρήματα εἰς τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν· οὐκ ἐτόλμησεν ὁ μιαρὸς οὗτος καὶ ἀσεβὴς καὶ αἰσχροκερδὴς ἀπὸ τῶν πολλῶν χρημάτων ὧν εἶχε δέκα μόνον τάλαντα δοῦ-

contra Græcos agendum, verum quod Macedonum in vrbe sua tyrannidem ferre amplius non possent, nec seruitutem pati, neque quæ in liberos exercerentur, contumelias.) cum igitur ad auxiliū essent Arcades parati & misericordia moti fuissent, ac se corporibus quidem Alexandrum necessariò sequi, beneuolētia Thebanos & Græcorum libertatem malle indicassent, ac ducem haberent Astylum, quod etiam Stratocles dixit, qui decem talentis ad copias Thebas deferendas adduci posset, atque ad hunc legati, quem sciebant habere pecuniam regiam, venissent, atque eam ad vrbem seruandam postulassent; nō sustinuit hic impurus, & impius, & lucri captator de magna pecuniæ summa, quam habebat, decem dumtaxat tradere

talenta, quamuis ad salutem Thebanorum spei tantum videret, verum alios ea numerare, quod etiam dixit Stratocles, *ne domum redirent relictis Thebanis Arcades, permisit. An parum vobis toti Græciæ damni videtur cum auaritia sua dedisse Demosthenes? aut misericordiam potius, talibus rebus gestis, quàm extremum supplicium tum propter hæc, tum propter priora mereri delicta? Audient hodie sententiam vestrã, Athenienses, cuncti homines; & quid eo faciatis, qui talia perpetrauit, inspicient. Vos profectò de quibusdam pro longè minoribus peccatis magna, nec exorabilia sumpsistis supplicia. Vos Menonem molitorem, quoniam ingenuũ puerum *Pellenęum ha-

ναι, τοσαύτας ὁρῶν ἐλπίδας ὑποβαινούσας εἰς τὴν Θηβαίων σωτηρίαν· ἀλλὰ περιεῖδεν ἑτέρους δόντας τοῦτο τὸ ἀργύριον (ὥσπερ καὶ Στρατοκλῆς εἶπεν) ὑπὲρ τοῦ πάλιν ἀπελθεῖν οἴκαδε τοὺς ἐξεληλυθότας Ἀρκάδων, καὶ μὴ βοηθῆσαι τοῖς Θηβαίοις. ἆρ' ὑμῖν δοκεῖ μικρῶν κακῶν ἢ τῶν τυχόντων ὅλῃ τῇ Ἑλλάδι αἴτιος γεγενῆσθαι Δημοσθένης, καὶ ἡ τούτου φιλαργυρία; ἢ προσήκειν αὐτὸν ὑφ' ὑμῶν ἐλέου τινὸς τυγχάνειν, τοιαῦτα πεπραγμένον, ἀλλ' οὐ τῆς ἐσχάτης τιμωρίας, καὶ ὑπὲρ τῶν νῦν καὶ ὑπὲρ τῶν πρότερον γεγενημένων ἀδικημάτων; ἀκούσονται τὴν κρίσιν, ὦ Ἀθηναῖοι, τὴν ὑφ' ὑμῶν ἐν τῇ τήμερον ἡμέρᾳ γεγενημένην πάντες ἄνθρωποι· θεωρήσουσιν ὑμᾶς τοὺς κρίνοντας, ὅπως χρῆσθε τοῖς τοιαῦτα διαπεπραγμένοις. ὑμεῖς ἐσθ' οἱ διὰ πολλῷ τῶν ὑπὸ τούτου πεπραγμένων ἀδικημάτων ἐλάττω μεγάλας καὶ ἀπαραιτήτους ἐνίοις ὑποτεθεικότες τιμωρίας. ὑμεῖς Μένωνα μὲν τὸν μυλωθρὸν ἀπεκτείνατε, διότι παῖδα ἐλεύθερον ἐν Πελλήνῃ

ἔσχεν

ἔσχεν ἐν τῷ μύλωνι· Θεμίστιον δὲ τὸν Ἀφιδναῖον, διότι τὴν Ῥοδίαν κιθαρίστριαν ὕβρισεν Ἐλευσινίοις, θανάτῳ ἐζημιώσατε· Εὐθύμαχον δὲ, διότι τὴν Ὀλυνθίαν παιδίσκην ἔστησεν ἐπ' οἰκήματος· διὰ δὲ τοῦτον τὸν προδότην παῖδες καὶ γυναῖκες αἱ Θηβαίων ἐπὶ τὰς σκηνὰς τῶν βαρβάρων διενεμήθησαν· πόλις ἀστυγειτόνων καὶ συμμάχων ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασται, ἀροῦται καὶ σπείρεται τὸ Θηβαίων ἄστυ, τῶν κοινωνησάντων ἡμῖν τοῦ πρὸς Φίλιππον πολέμου. ἀροῦται (φημὶ) καὶ σπείρεται· καὶ οὐκ ἠλέησε (φημὶ) ὁ μιαρὸς οὗτος πόλιν οἰκτρῶς ἀπολλυμένην οὕτως, εἰς ἣν ἐπρέσβευσεν ὑφ' ὑμῶν ἀποσταλείς· οἷς ὁμόσπονδος καὶ ὁμοτράπεζος πολλάκις γέγονεν· ἣν αὐτός φησι σύμμαχον ἡμῖν ποιῆσαι ἀλλὰ πρὸς οὓς εὐτυχοῦντας πολλάκις ἦλθε, τούτους ἀτυχοῦντας προδέδωκε. κἀκεῖνοι (ὡς οἱ πρεσβύτεροι λέγουσι) καθάπερ-

bebat in mola, occidistis: vos Themistium Aphidnæum, qui Rhodiam quandam citharistriam stuprarat Eleusiniis: vos Euthymachum, quod Olynthiam ancillam in ædicula collocarat. At per hunc proditorem liberi & mulieres Thebanorum per tentoria barbarorum sunt distributæ: per hunc vrbs vicina sociaque de media Græcia sublata est: per hunc aratur atque conseritur oppidum Thebanorum, qui vobiscum contra Philippum pugnarunt; aratur, inquam, atque conseritur, nec vrbem hic impurus ita miserè pereuntẽ miseratus est; ad quam à vobis fuit legatus missus, cuius mensæ libationumque non rarò particeps fuerat, quam ipse ad societatem nostram ait se perduxisse: verum ad quos felices venerat sæpius, eos infelices redditos prodidit. cumque illi quondam, vt seniores narrant, nostra Republi-

ca perturbata, Thebisque exules ad occupandam Phylen cogente Thrasybulo, ac Lacedæmoniis, qui potentes erant, Atheniensem nullum recipi vel emitti iubentibus, tamen reditum populi adiuuerint, ac sæpius apud vos recitato decreto negligi vetuerint, si quis eum armis per Atticam incederet; hic, qui sociis, vt mox † dicet, communem se præbet, nihil fecit tale, neque quicquam de pecunia, quã ad hos conseruandos acceperat, voluit impendere. Quorum vos memores, Athenienses, & ex proditoribus ortas calamitates in Olynthiorum ac Thebanorum cladibus considerantes, vobis nunc ipsis recte consulite, & sublatis iis, qui munera contra patriam audent capere, spem salutis in vobis ac diis reponite. Hac enim sola

λυμένης τῆς δημοκρατίας τῆς παρ' ἡμῖν, καὶ συνάγοντες ἐν Θήβαις Θρασυβούλου τοὺς φυγάδας ἐς τὴν Φυλῆς κατάληψιν, καὶ Λακεδαιμονίων ἀρχόντων, καὶ ἀπαγορευόντων μηδένα Ἀθηναίων ὑποδέχεσθαι μηδ' ἐκπέμπειν, ὅμως συνέπραττον τῷ δήμῳ τὴν κάθοδον· καὶ τὸ πολλάκις ἀναγνωσμένον παρ' ὑμῖν ἐψηφίσαντο ψήφισμα, μὴ περιορᾶν ἐάν τις ὅπλα διὰ χώρας τῆς Ἀθηναίων ἔχων πορεύηται. οὗτος δ' ὁ κοινὸν αὑτὸν τοῖς συμμάχοις (ὡς αὐτίκα φησὶ) παρέχων, οὐδὲν τοιοῦτον ἔπραξεν, οὐδὲ τῶν χρημάτων ὧν ἔλαβεν εἰς τὴν σωτηρίαν οὐδὲν ἠθέλησε προέσθαι. ὧν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες, μνησθέντες, καὶ τὰ συμπτώματα τὰ γινόμενα διὰ τοὺς προδότας θεωρήσαντες ἐν τῇ Ὀλυνθίων καὶ Θηβαίων συμφοραῖς, ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν ὀρθῶς νυνὶ βουλεύσασθε· καὶ τοὺς δωροδοκεῖν ἐ-λοίαις κατὰ τῆς πατρίδος ἀνελόντες, ἐν ὑμῖν αὐτοῖς καὶ τοῖς θεοῖς τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχετε. μόνως γὰρ

τῶι

τως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνους καὶ τοὺς ἄλλους ποιήσετε βελτίους, ἐὰν τοὺς ἐνδόξους τῶν πονηρῶν ἐξελέγξαντες, κολάσητε τῆς πονηρίας ἀξίως. τοὺς μὲν γὰρ τυχόντας τῶν κρινομένων, ὅταν ἁλῶσιν, οὐδεὶς οἶδεν οὐδὲ ζητεῖ πυθέσθαι τί πεπόνθασι· τοὺς δ᾽ ἐνδόξους ἅπαντες πυνθάνονται· καὶ τοὺς δικάζοντας ἐπαινοῦσιν, ὅταν τὸ δίκαιον μὴ προῶνται ταῖς τῶν κρινομένων δόξαις. ἀνάγνωθι τὸ ψήφισμα τὸ Θηβαίων. λέγε τὰς μαρτυρίας. ἀναγίνωσκε τὰς ἐπιστολάς. ΨΗΦΙΣΜΑ. ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ. ἘΠΙΣΤΟΛΑΙ. Μισθωτὸς οὗτος, ὦ Ἀθηναῖοι, μισθωτὸς οὗτός ἐστι παλαιός. οὗτος ἦν ὁ τὴν πρεσβείαν τὴν παρὰ τοῦ Φιλίππου πορευομένην ὡς ἡμᾶς ἐκ Θηβῶν καλέσας, καὶ τοῦ λῦσαι τὸν πρῶτον πόλεμον αἴτιος γενόμενος. οὗτος Φιλοκράτει συνεκοινολογεῖτο τῷ γράψαντι πρὸς Φίλιππον εἰρήνην, δι᾽ ἣν ὑμεῖς ἐκεῖνον ἐξεβάλετε, καὶ ζεύγη τοῖς πρέσβεσιν ἐμισθώσατο τοῖς μετ᾽ Ἀντιπάτρου δεῦρ᾽ ἐλ-

ratione, Athenienses, reliquos etiã reddetis meliores, si illustres nequam homines conuictos pro meritis puniatis. Etenim cum alii rei plectuntur, nemo, quid fecerint, nouit, vel quærit; cum illustres, cuncti, laudantque iudices, qui iustitiam reorum splendori non posthabuerant. Recita decretum Thebanorum, recita testimonia, recita literas. DECRETVM. TESTIMONIA. LITERÆ. Mercenarius hic, Athenienses, mercenarius antiquus est. Hic est, qui legationem à Philippo ad nos missam Thebis aduocauit, & primi belli dissoluendi autor fuit. Hic sua consilia cum Philocrate communicauit, qui pacem cum Philippo suaserat, propter quam fuit à vobis expulsus, & legatis, qui cum Antipatro huc venerant, vehi-

cula conduxit, ac Macedonibus adulationem primus in Vrbem introduxit. Nolite, Athenienses, nolite eum, cui Vrbis atq; aliorum Græcorum ascribuntur infortunia, impunitum dimittere, postea quam in manifesta donorum cōtra Rempublicam acceptione deprehēsus est; neque, cum ad meliora vos bona fortuna ducat, & alterum patriæ perditorem eiecerit, alterum hunc necandum vobis tradiderit, vtilitatem vestram ipsi reiicite, verum in hos autores vrbis clades auertite. Quorsum enim hūc, vbi possit vobis esse vtilis, reseruabitis? quis vestrum, vel etiam auditorum vel priuatas vel publicas res proferat, quas hic aggressus non euerterit? Non in ædem Aristarchi ingressus, Nicodemi morte meditata, turpis-

θοῦσιν, ἀναλαμβάνειν αὐτοὺς, καὶ τὸ κολακεύειν τοὺς Μακεδόνας, πρῶτος εἰς τὴν πόλιν εἰσάγων. μὴ ἀφῆτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ ἀφῆτε τὸν ἐπὶ τῆς πόλεως καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἀτυχήμασιν ἐπιγεγραμμένον, ἀτιμώρητον, εἰλημμένον ἐπὶ τῷ φανερῷ δῶρα ἔχοντα κατὰ τῆς πόλεως. μηδὲ, τῆς ἀγαθῆς τύχης ἡμᾶς ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀγούσης, καὶ τὸν μὲν ἕτερον τὸν τὴν πατρίδα λελυμασμένον τῆς πόλεως ἐκβεβληκυίας, τὸν δ' ὑμῖν ἀποκτεῖναι παραδούσης, αὐτοὶ τῷ συμφέροντι ἐναντιωθῆτε, ἀλλὰ μετακινήσασθε τὰς πόλεως πράξεις, εἰς τούτους τοὺς ἡγεμόνας τὰς ἀτυχίας τρέψαντες. εἰς τί γὰρ ἀποθήσεσθε τοῦτον, ὑπολαβόντες χρήσιμον ὑμῖν αὐτὸν ἔσεσθαι; ἔχει τις αὐτῶν ὑμῶν ἢ τῶν περιεστηκότων, ὁποῖα οὗτος πράγματα εἰσελθὼν ἢ ἴδια ἢ κοινὰ, οὐκ ἀνατέτραφεν; οὐκ, εἰς μὲν τὴν Ἀριστάρχου οἰκίαν εἰσελθὼν, βουλεύσας τὸν Νικοδήμου θάνατον κατασκευασθέντα

τον ἱα

(ὃν ἴστε πάντες) ἐξέβαλε τὸν Ἀρίσταρχον ἐπὶ ταῖς αἰσχίσταις αἰτίαις; καὶ τοιούτῳ φίλῳ Δημοσθένει ἐχρήσατο, ὥστε δαίμονα αὐτὸν τοῦτον καὶ τῶν γεγενημένων συμφορῶν ἡγεμόνα νομίσαι προσειλῆφθαι; οὐκ, ἐπειδὴ τῷ δήμῳ συμβουλεύειν ἤρξατο (ὡς μήποτε ὤφελεν. ἀφήσω γὰρ αὐτοῦ τὰ ἴδια· ὁ γὰρ χρόνος οὐκ ἐπιδέχεται μακρολογεῖν) ἀγαθὸν μὲν, ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐδὲν γέγονε τῇ πόλει, ἐν κινδύνοις δὲ καὶ κακοῖς καὶ ἀδοξίᾳ πᾶσα ἡ Ἑλλάς, οὐ μόνον ἡ πόλις, καθέστηκε; καὶ πλείστους καιροὺς ἐν ταῖς δημηγορίαις χρώμενος, ἁπάσας ἀφῆκε τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν καιρούς; καὶ ἐν οἷς τις ἂν φιλόπολις ἀνὴρ καὶ χρήσιμος προείλετό τι πρᾶξαι, τοσοῦτον ἐδέησεν ὁ δημαγωγὸς καὶ χρήσιμος αὐτίκα φήσων ἡμῖν γεγενῆσθαι, πρᾶξίν τινα προφέρειν, ὥστε καὶ τοὺς πράττοντας ὑπὲρ ἡμῶν τι τῆς ἑαυτοῦ τύχης ἀνέπλησεν. ἀπῆρε Χαρίδημος πρὸς τὸν Περσῶν βασι-

ſimis de cauſis Ariſtarchum eiecit, ac talem Demoſthenem amicum expertus eſt, vt eum malum ſuum genium, atque omniũ cladium auctorem acceſſiſſe cenſeat? Non poſtquam populo cœpit conſilium dare, quod vtinam nunquam feciſſet, vt res omittam proprias, quoniam longiorem ſermonem tempus non admittit; nec boni quicquam fere vrbi contigit, & cum periculis, cladibus, atque infamia Græcia tota, non vrbs duntaxat, eſt conflictata? cumque plurimas acceperit in concionibus occaſiones, omnes, quæ pro nobis facerent, omiſit? & quibus temporibus vrbis ſtudioſus aliquis nonnihil conatus eſſet efficere, tantũ hic orator, qui ſe vtilẽ nobis fuiſſe mox dicet, à re aliqua gerenda abfuit, vt etiam, qui pro nobis aliquid molirentur, ſuis infecerit moribus? Charidemus ad regem Perſarum ſe con-

tulerat, vt vos non verbis, sed factis iuuaret, & vobis atque aliis Græcis proprio periculo salutē compararet, de quo hic in foro verba fecit, & socium eum rerum gerendarum edidit: atque ita mutata res est, sic vt expectationem euentus falleret. Ephialtem quoque, qui nauigio discesserat, & cum hunc oderat, tum rerum cogebatur esse particeps, fortuna vrbis intercepit. Nec aliter Euthydicus, qui populo studere cœperat, postquam huic amicum se fassus est Demosthenes, sublatus fuit. Quæ cùm vos videatis, ac multo melius, quàm ego, intelligatis, non perpenditis, nec facta de futuris ex præteritis coniectura animaduertitis, nihil ad aliud esse hunc vtilem, quàm vt apparatum alterum hostibus contra vrbem cōficiat, qualis ad Ægopotamos extitit, cum Lacedæmonii cuncti expe-

λέα, χρήσιμος οὐ λόγοις ἀλλ' ἔργοις βουλόμενος γενέσθαι, καὶ τοῖς ἰδίοις τοῖς αὐτοῦ κινδύνοις ὑμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι βουλόμενος τὴν σωτηρίαν παρασκευάσαι, περὶ ὧν οὗτος κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐλογοποίει, καὶ τῶν πραγμάτων εἰσεποίει κοινωνὸν αὐτόν· οὕτω κατέστρεψεν ἡ τύχη τὰ πράγματα, ὡς τἀναντία γενέσθαι τοῖς προσδοκωμένοις. ἐξέπλευσεν Ἐφιάλτης, μισῶν [illegible] τούτου, ἀναγκαζόμενος τῶν πραγμάτων κοινωνεῖν· ἀφείλετο καὶ τοῦτον ἡ τύχη τῆς πόλεως. Εὐθύδικος προαιρεῖται τὰς ὑπὲρ δήμου πράξεις· ἔφη τούτῳ Δημοσθένης φίλος εἶναι· οὗτος ἀπώλετο. καὶ ταῦθ' ὑμεῖς ὁρῶντες, καὶ ἐπιστάμενοι πολὺ βέλτιον ἢ ἐγώ, οὐ λογίζεσθε, οὐ σκοπεῖσθε πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς, τεκμαιρόμενοι τὰ μέλλοντα ἐκ τῶν γεγενημένων, ὅτι οὐδὲν οὗτος χρήσιμος, ἀλλ' ἢ τοῖς ἐχθροῖς κατὰ τῆς πόλεως συστῆσαι κατασκευὴν ἑτέραν, οἵα ἐπ' Αἰγὸς ἐγένετο, ὅτε Λακεδαιμόνιοι μετ' [illegible]

ἐξεσπα·

ὑπεστράτευσαν, Ἀχαιοὶ δὲ καὶ Ἠλεῖοι τῶν πραγμάτων ἐκοινώνουν, ὑπῆρχον δὲ ξένοι μύριοι. Ἀλέξανδρος δὲ, ὥς οἱ λέγοντες, ἐν Ἰνδοῖς ἦν· ἡ δὲ Ἑλλὰς ἅπασα, διὰ τοὺς ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων προδότας, ἀχθομένη τοῖς παροῦσι πράγμασιν, ἡσμένει μεταβολήν τινα τῶν κακῶν τῶν περιεστηκότων: νῦν οὖν ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς Δημοσθένης τίς ἦν; ὁ τοῦ συμβουλεύσαι καὶ γράψαι κύριος, καὶ φήσων αὐτίκα δεῖν μισεῖν τὰ καθεστῶτα πράγματα. ἐῶ γὰρ τοὺς ἄλλους κινδύνους. ἔγραψας τι περί του τῶν κινδύνων; συνεβούλευσας; εἰσήνεγκας χρήματα; μικρόν τι χρήσιμος ἐγένου τοῖς ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας πράττουσι; οὐδ᾽ ὁτιοῦν. ἀλλὰ περιῄεις κατασκευάζων λογισμούς, καὶ παρ᾽ αὐτῷ γράφων ἐπιστολὴν καὶ καταισχυνῶν τὴν τῆς πόλεως δόξαν, χρυσοῦν ἐκ τῶν δακτύλων ἀνηρτημένος περιεπορεύετο· τρυφῶν ἐν ταῖς τῆς πόλεως κακοῖς, καὶ ἐπὶ φορείου καταχομιζόμενος τὴν

ditionem susceperant, cum Achiui & Elei societatem contraxerant, cum extranei adessent infiniti, cum Alexander esset, vt aiunt, in India, cum tota Græcia res præsentes propter eos, qui singulis in vrbibus erant proditores, auersaretur, ac malorũ circumsistentium expeteret mutationem, Hoc igitur tempore, vt omittam alia pericula, qualem se præbuit Demosthenes, cum haberet consulendi atque decernendi potestatem; qui mox præsentem statum reiiciendum diceret. Num quicquam de vllo decreuisti discrimine? num consilium dedisti? num pecuniam suppeditasti? num quicquam salutis publicæ studiosis profuisti? nihil: verum obambulando sermones meditabatur, literas apud se scribebat, ciuitatis gloriam auro de digitis suspenso contaminabat, vrbis miseriæ insultabat, in lectica vehebatur via,

quæ ducit ad Piræum, tenuiũ difficultates exprobrabat. Ergo vobis in posterum hic erit vtilis, qui præteritum omne neglexerit? Vtinam hera Minerua, ac Iupiter Seruator tales hostibus, nec meliores vnquam consultores ducesque contingant. Non vobis maiorum res gestæ venient in mentem, Atheniẽses, qui in multis atque magnis Reipublicæ discriminibus pro patriæ, suæque libertatis ac gloriæ dignitate publicum sunt commodum suo periculo tutati? Atque vt antiquos illos omittam, Aristidem ac Themistoclem, qui partim vrbis collocarunt mœnia, partim à volentibus Græcis in arcem tributa coegerunt; quis ea nescit, quæ paulo ante nostram ætatem peracta sunt ab oratore Cephalo, Thrasone Erchiensi, Helio Phormisio,

εἰς Πειραιᾶ ὁδὸν, καὶ τὰς τῶν πενήτων ἀπορίας ὀνειδίζων. εἶθ' οὗτος εἰς τοὺς μέλλοντας ὑμῖν καιροὺς ἔσται χρήσιμος, παραβεβηκὼς ἅπαντας τοὺς παρεληλυθότας; τοιούτων, ὦ δέσποιν' Ἀθηνᾶ καὶ Ζεῦ σῶτερ, συμβούλων καὶ ἡγεμόνων ὤφελον τυχεῖν οἱ πολεμήσαντες τὴν πόλιν, καὶ μηδέποτε βελτιόνων. οὐκ ἀναμνήσεσθε ὦ ἄνδρες τὰς τῶν πρεσβυτέρων πράξεις, οἳ μεγάλων καὶ πολλῶν κινδύνων καταλαμβανόντων τὴν πόλιν, ἀξίως τῆς πατρίδος καὶ τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας καὶ τῆς δόξης τῆς δημοσίας, ὑπὲρ τοῦ δημοσίου συμφέροντος ἐκινδύνευσαν; ὧν τοὺς μὲν ἀρχαίους ἐκείνους μακρὸν ἂν εἴη λέγειν, Ἀριστείδην καὶ Θεμιστοκλέα, τοὺς ὀρθώσαντας τὰ τείχη τῆς πόλεως, καὶ τοὺς φόρους εἰς ἀκρόπολιν ἀνενεγκόντας παρ' ἑκόντων καὶ βουλομένων τῶν Ἑλλήνων· ἀλλὰ ταυτὶ τὰ μικρὸν πρὸ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας γεγενημένα ὑπὸ Κεφάλου τοῦ ῥήτορος, καὶ Θράσωνος τοῦ Ἐρχιέως, καὶ Ἡλίου Φορμισίου, καὶ ἑ-

καὶ ἑτέρων ἀνδρῶν ἀγαθῶν, ὧν ἐνίων ἔτι καὶ νῦν ζῇ τὰ σώματα. τούτων γὰρ οἱ μὲν, φρουρουμένης ὑπὸ Λακεδαιμονίων τῆς Καδμείας, βοηθήσαντες τοῖς εἰς Θήβας κατιοῦσι τῶν φυγάδων τοῖς ἰδίοις κινδύνοις, ἠλευθέρωσαν πόλιν ἀστυγείτονα, καὶ πολὺν χρόνον δουλεύουσαν· οἱ δὲ, πείσαντες ἐξελθεῖν ὑμῶν τοὺς προγόνους, Κεφάλου τούτου ψήφισμα γράψαντος, ὃς οὐ καταπλαγεὶς τὴν Λακεδαιμονίων δύναμιν, οὐδὲ λογισάμενος ὅτι τὸ κινδυνεύειν καὶ τὸ γράφειν ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπισφαλές ἐστιν, ἔγραψεν ἐξιέναι βοηθήσοντας Ἀθηναίους τοῖς κατειληφόσι τῶν φυγάδων Θήβας· καὶ ἐξελθόντων ἐκεῖ τῶν ἡμετέρων προγόνων, ὀλίγαις ἡμέραις ἐξεβλήθη ὁ τῶν Λακεδαιμονίων φρούραρχος, ἠλευθερώθησαν Θηβαῖοι· διεπέπρακτο ἡ πόλις ἡ ἡμετέρα ἄξια τῶν προγόνων. ἐκεῖνοι ἦσαν ἐκεῖνοι (ὦ Ἀθηναῖοι) ἄξιοι σύμβουλοι καὶ ἡγεμόνες ὑμῶν καὶ τοῦ δήμου· μὰ Δί' οὐ τὰ τοιαῦτα κινάδη, οἳ πεποιήκασι μὲν οὐδὲν οὐδὲ πράξουσιν ἀγαθὸν ὑπὲρ τοῦ

cæteris probis viris, qui sunt adhuc nonnulli superstites? Etenim horum alii, cum Lacedæmonii Cadmeam tenerent, exulibus Thebanis reductis, vrbem vicinam, diuque seruitute pressam liberarunt, alii persuasis, vt exirent, vestris maioribus, cum Cephalus nec Lacedæmoniorum potentiã reueritus, nec scribentis pro vrbe periculum considerans, decreto scripto iussit Athenienses ad exules, qui Thebas occuparant, iuuandos exire. quod cùm illi fecissent, paucis diebus & Lacedæmoniorum præsidii dux fuit eiectus, & liberatæ Thebæ, & vrbs vestra pro maiorum dignitate se gessit. Illi certè, Athenienses, illi erant veri consúltores ac duces populi, non istæ vulpeculæ, qui cum boni nihil nec egerint pro

vrbe, nec acturi sint, tamen securitati suæ consulentes, & vndique pecuniam facientes, vrbemque maiore, quàm qua sunt ipsi, afficientes infamia, & nunc dona contra vos accepisse deprehensi, vos circumueniunt, & cum tales exstiterint, suam volunt ostentare præstantiam, quos quidem suo decreto post flagitia talia decebat interimi. Non vos pudet, Athenienses, cum de supplicio Demosthenis ex nostris verbis duntaxat statuendum putatis? an hunc ipsi ignoratis munerum captatorem esse, & furem, & amicorum proditorem, atque hac vrbe indignũ? Quibus hic ex decretis, quibus ex legibus pecuniam non fecit? Sunt in hoc iudicio quidam, qui de trecentis fuerũt, cum hic legem de Trierarchis ferre. hi non aliis indicabunt, eum, tribus talentis acceptis, le-

πόλεως, τὴν δ' αὐτῶν ἀσφάλειαν τηροῦντες, καὶ πανταχόθεν ἀργυριζόμενοι, καὶ πεποιηκότες τὴν πόλιν ἀδοξοτέραν ἑαυτῶν, καὶ νῦν εἰλημμένοι δῶρα καθ' ὑμῶν εἰληφότες, περιδρομοῦσιν ὑμᾶς, καὶ ἀξιοῦσι τοιοῦτοι γεγενημένοι περὶ τῆς ἑαυτῶν πλεονεξίας παραγγέλλειν· οὓς χρῆν τεθνάναι κατὰ τὸ ἑαυτῶν ψήφισμα πάλαι, τοιαῦτα διαπεπραγμένους. οὐκ αἰσχύνεσθε ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τὴν κατὰ Δημοσθένους τιμωρίαν ἐκ τῶν ἡμετέρων λόγων μόνον ἡγούμενοι δεῖν κρίνειν; οὐκ ἴστε τοῦτον αὐτοὶ δωροδόκον ὄντα, καὶ κλέπτειν, καὶ προδότην φίλων, καὶ τῆς πόλεως ἀνάξιον; καὶ αὐτὸν καὶ τὴν περὶ τούτου τύχην γεγενημένην; ἀπὸ ποίων ψηφισμάτων οὗτος ἢ ποίων νόμων οὐκ εἴληφεν ἀργύριον; εἰσί τινες ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐν τοῖς τριακοσίοις γεγενημένων, ὅτε οὗτος ἐτίθει τὸν περὶ τῶν τριηράρχων νόμον· οὐ φράσετε τοῖς πλησίον ὅτι τρία τάλαντα λαβὼν, μετέγραφε καὶ μετε-

μετεσκεύαζε τὸν νόμον καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν; καὶ τὰ μὲν ἐπώλει ὧν εἰλήφει τὴν τιμήν, τὰ δ' ἀποδόμενος οὐκ ἐβεβαίου; εἰπὲ τί μοι πρὸς Διός, ὦ ἄνδρες, προῖκα τοῦτον οἴεσθε γράψαι Διφίλῳ τὴν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν, καὶ τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν ἀναθησομένην εἰκόνα; ἢ τὸ ποιῆσαι πολίτας ὑμᾶς Χαιρέφιλον καὶ Φείδωνα καὶ Πάμφιλον καὶ Φίλιππον. καὶ πάλιν Ἐπιγένη καὶ Κόνωνα, τοὺς τραπεζίτας; ἢ τὸ χαλκοῦς ἐν ἀγορᾷ καταστῆσαι Βηρισάδην καὶ Σάτυρον καὶ Γόργιππον, τοὺς ἐχθίστους τυράννους; παρ' ὧν αὐτῷ χίλιοι μόδιοι τοῦ ἐνιαυτοῦ πυρῶν ἀποστέλλονται τῷ οὐδ' ὅπη καταφύγῃ αὐτίκα φήσοντι εἶναι; ἢ τὸ γράψαι Ταυροσθένην Ἀθηναῖον εἶναι, τοὺς μὲν αὐτοῦ πολίτας καταδουλωσάμενον, τῆς δ' Εὐβοίας ὅλης μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ Καλλίου προδότην Φιλίππῳ γεγενημένον; ὃν οὐκ ἐῶσιν οἱ νόμοι τῆς Ἀθηναίων χώρας ἐπιβαίνειν· εἰ δὲ μή, τοῖς αὐτοῖς ἔνοχον εἶ-

gem per singulas conciones mutasse atque aliter scripsisse? alia vendidisse quæ fuerant persoluta, alia vendita non confirmasse? An hunc, obsecro, gratis creditis, Athenienses, Diphilo victum in Prytaneo, & in foro locandam statuam decreto tribuisse? an Chærephilum, Phidonem, Pamphilum, Philippum, atq; iterum Epigenem & Cononem trapezitas ciuitatę donasse? an Berisadem, Satyrum, atque Gorgippum, tyrannos pessimos, à quibus ad eum quotannis mille frumẽti modii mittuntur, æneos in foro posuisse? an Taurosthenem Atheniensem fecisse, qui vt suos ciues in seruitutem redegit, ita totam Eubœam Philippo cum fratre Callia prodidit, nec per leges potest Atticum agrum conscendere, nisi eodem velit haberi loco,

